

Otto secundus imperator. quem otto magnus pro imperii consortem fecerat. quem etiam pontifex cum theophania uxore in lateranensi ecclesia coronauerat. anno domini. 975. solus imperare cepit. Vir quidem et ipse optimus et ecclesie romano. accerrimus defensor. Qui cum esset vir strenuus ante acceptum imperium pacem regno grecorum dedit. Et theophania iohannis constantinopolitani imperatoris sororem in matrimonium accepit. Nam otto pro filium ottonem re in sarracenos grecosque bene gesta. reuersum consortem imperii asciuit. Voluitque in imperatorem a romano populo ex prisca consuetudine acclamari. quem pontifex inunctum imperiali diademate insigniuit. Die post mortem patris in germaniam rediit. Et henricum bauarorum ducem sibi rebellem domuit. Sed dum ea occupat expeditio otto imperator. Lotharius rex francorum in lothoringiam copiosum ducens exercitum. eam romani imperii prouincias occupauit. Et ad agrum. delatus agros populatus est. in quem cum otto ex bauaria duxisset exercitum Lothoringia in potestate facta. Lotharius in pisius est reuersus. ottoque in franciam ingressus laudunensium suesionumque agros vastatis. parisiensiumque suburbia incendit. Dum in patriam copias reducit. apud auxonam fluum non nihil incommodi accepit. Deinde uero comparato maiore exercitu in italiam per basilium et constantinum imperatores grecorum Joanni genitori defuncti successores ueniens. qui iam calabriam et eam partem italie occupauerat que ad siciliam ugit. apud basentellum superditus. otto imperator fugiens cum repente ad litus scaphe se commisisset a piratis quis esset ignorantibus interceptus est. in siciliamque perductus. Et ibi agnitus. sese promissa siculis ingenti pecunia liberari. romanamque perducere obtinuit. Et de piratis sumptum est a siculis supplicium. Cum romam uenisset otto perquirendis regere gandisque fracti exercitus sui reliquijs diligenter operam impendit. Et quia copiarum presidio destitutus. in desertis signorum romanos animaduertere non auderet. Ita in beneuentanos exercuit urbem capit et incedit. Translato inde sancti bartholomei corpore romam in insula tybernia collocato. Eo loci maxime que olim iouis hostia lycaonia dicebatur. Ferunt ottonem beneuento deleta in urbem romam reuersum de quibusdam sumpto supplicio. non multo post translatum sancti bartholomei corpus romam mortuum. Et in vestibulo. beati petri (quod paradysum uocant) labro porphyretico. quod adhuc introeuntibus ad leuam apparet honorificentissime sepultum relicto ottone tercio filio successore ac adelsia filia. Alarani montis ferrati marchionis uxore.

Linea imperatorum

Otto secundus



Bruno episcopus

Bruno Coloniensis episcopus. Ottonis primi germani pro vite sanctitate maximo in prelio habitus est. que propter doctrinam et scitatem monasterium celeberrimum apud coloniam sub titulo beati pantaleonis martyris fundauit. ac maximis impensis tandem perfecit. Is post wifridum archiepiscopatum coloniensem suscepit. Huius opera a roma coloniam corpora sanctorum Elysi. patrocli cum baculo sancti petri translata sunt.

Odiolo abbas



Eduardus rex

Odiolo post maiolum sancti abbate cluniacensem que in cluniaco magnam sui apud posteros vitam et miraculis exemplum reliquit. Hac tempestate floruit. que ex clerico bernacensi in monachum professus cluniaci fit abbas. Qui rexit monasterium per annos. lvi. miro religionis feruore. Qui inter cetera sue scitatis memoranda commemorationem omnium defunctorum post festum omnium sanctorum in burgundia primam adinuenit et instituit. Quod quidem sancti institutum ad omnes ecclesias iohannes. xvi. pontifex obsequandam transmisit et approbauit. Is anno incarnationis. 1048. nocte circucisionis spiritum beati reddidit deo

Alpharabius philosophus



Ludouicus rex

Edwardus anglorum rex. Et ipse tum regno tamque scititate clarissimus extitit. qui postea nouerice sue tolisac fraudibus interfectus. martyrii palmam adeptus. miraculis claruit multis.

Theodaldus comes

Alpharabium natione arabum insignem quidem philosophum huiusmodi temporibus uiguisse multaque scripsisse tradunt de quibus etiam pauca apud latinos habentur commentaria.



Ludouicus quartus eius nominis francorum rex et ultimus ex caroli magni genere natus. pro lotharium francis regere cepit. cum nullos ex blaca habuit filios. hugoni strenuissime militi ex testamento regnum et uxorem donat. Cuius genealogia ac posteritas nunc apud francos regnat.



Theodaldus Canusii regiensis oppidi comes at hoc tempore pro comite defuncto successit. Vir auro et rebus bene gestis insignis. Cuius ob merita pontifex iohannes ferrariam italie urbem eidem possidendam concessit. Qui cenobium in agro motuano celeberrimum in honore diuini benedicti fundauit. Quod postea gloriosa matildis filia eius celeberrime perfecit magnis adhibitis ornamentis et prediis.

Quae pro comite defuncto successit. Vir auro et rebus bene gestis insignis. Cuius ob merita pontifex iohannes ferrariam italie urbem eidem possidendam concessit. Qui cenobium in agro motuano celeberrimum in honore diuini benedicti fundauit. Quod postea gloriosa matildis filia eius celeberrime perfecit magnis adhibitis ornamentis et prediis.

